

vestes texere, vellera tingere, etc. Idem, cap. iv. *De Idolatria*, ait Henoch predixisse quod damones omnia elementa, et cuncta que in terra mortua sunt, in idolatriam converterent. Liber Henoch citatur crebro in testamento duodecim Patriarcharum, quod citant et laudant Origenes et Procopius: citatur, inquam, in testamento Simeon, Levi, Issachar et Dan, ubi recensentur oracula Henoch, in his que evenitura erunt filii et nepotibus duodecim Patriarcharum, de Hebreorum flagitiis et suppliciis, de mundi Redemptore a Judæis occidendo, de Hebreorum clade, servitudo et reprobatione perenni. Irenæus, lib. IV, cap. xxx., ait Henoch legatione dei functum ad angelos, intellige ad filios Dei, quorum libidinem cum filiabus Cain castigavit. *Genes.* vi, uti recte interpretatur Ireneus Faventarius. *Propterea S. Hieronymus De Script. Eccl.*, in *Juda*, et *S. Augustinus*, loco citato, et lib. XV *De Civit.*, xxiii, aut non habere certam fidem que in libro Henoch scribuntur, eo quod nimis antiquitas illa suspecta fecerit, ne supposita vel depravata sint.

Ut ut est, certum est ea que citat Judas ab Henoch esse predicta. Perperam ergo Cetanus et alii suspectum habent hanc Epistolam, eo quod citet librum apocryphum Henoch: non enim citat librum, sed prophetiam Henoch, que potuit esse vocalis et verbalis; si eadē scripta olim fuerit ab Henoch vel Noe, authenticæ scripta fuit, esto posterioribus seculis additis fabulis fuerit vitia; Judas ergo si librum Henoch citat jam vitiatum, idemque apocryphon, non ita raro omnia que eo continentur probat, sed tantum illum citat probat ea parte, qua is authenticus et germanus erat Henoch vel Noe, puta prophetiam Henoch de ultimo iudicio. Vide dicta in similis vers. 9. Jam vero *S. Judas* citat ejus prophetiam, qua parte agit et intentat impioi. Dei iudicium, qui illud negabant Gnostici impuri et impii. Illud enim maximum est frenum ad cohidentes homines a peccatis et libidinibus, que tempore Henoch abundabant. Unde mox propterea Deus orbi generali induxit diluvium. « Quis enim pereare poterit, si semper ante oculos suis Dei iudicium ponatur? » ait *S. Petrus* apud *S. Clemensem*, epist. I. Hinc iudicium Dei jugiter sibi diliqit quo ob oculos posuere Sancti, ut *S. Hieronymus*, *S. Ephrem*, *S. Basilus*, *S. Augustinus*, *S. Chrysostomus*, *S. Gregorius* interque, et alii. Vide exempla et gnomas quas recitavi *Deuter.* xxxii, 29. Hinc et ipse Henoch cum Elia venturus est quasi precursor iudicis Christi, tum ut resistat Antichristo, tum ut instans iudicium predictum, adiagatque homines ad ponitentiam, ut ad illud se comparent: de quo plura *Apostol.* xi, 3. Similiter modo *S. Athanasius*, lib. *De Incarnatione Verbi*: « Nolim, ait, te latere alterum ejus adventum illustrem et divinum, non humilitate contempnificum, sed gloria magnificum, in expectatione esse,

atque immixtere, cum non ut patitur redditurus sit, sed ut fructus sue crucis omnibus retribuat; immortalitatem videlicet, et resurrectionem, et incorruptibilitatem, neque ut iudicetur, sed ut judicetur. »

DICENS : ECCE VENIT DOMINUS. — Grace ἡστι, id est *venit*, in praeterito. Unde Arabicus verit, *jam ecce Dominus jam venit.* « Venit, » id est, ita breviter veniet, ac si jam venisset. Prophetæ enim de futuris loquuntur quasi de praeteritis, ob rerum certitudinem, quia in Dei prescientia et predestinatione sunt iam praeterita. Deus enim praevisit et predestinavit ab eterno, ut fierent tempore congruo a se decreto. Rursum aeternitas Dei, qui haec per Henoch predixit, ambit, includit et transcedit omnia tempora, iuxta illud quod dixit *S. Petrus, epist. II*, cap. ii, vers. 8: « Unus dies apud Dominum, sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. Non tardat Dominus promissionem suam. » Hunc secundum Christi adventum passim Prophetæ et Apostoli hominibus tubali voce insonant, ut ad eum se comparant. Ita *Isaías*, cap. iii, vers. 17: « Stat, ait, ad iudicandum Dominus, et stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, et principibus ejus; » et cap. LXVI: « Ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigae ejus, reddere in indignatione furem suum. » *Joel* cap. ii, vers. 1: « Venit dies Domini, quia prope est dies tenebrarum et enlighteniarum, dies nubis et turbinis, » etc. *Apostol.* cap. i, vers. 7: « Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. »

In (id est cum) SANCTIS MILLIBUS suis, — stipatus scilicet immumeris legionibus angelorum et Sanctorum. Unde *S. Cyprianus* ad Novatianum legit: « Ecce venit cum multis millibus nuntiorum suorum, » juxta illud *Dox.* vi, 10: « Mille milium ministrabunt ei, et decies milles centena milia assistabunt ei. Christum enim et celo descendentes ad iudicium honoris causa combatibuntur omnes omnino angelii, quasi ejus ministri, ut tam solemnem et universalem Christi mundique actum condecorent, iuxta illud Christi: « Cum venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angelii ejus cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis sue, » *Matth.* xxv, 31. Ad Henoch alludit Moses moriens et benedicens populo, *Deuter.* xxxix, 2, dicens: « Dominus de Sinaï venit, etc., et cum eo sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt; » et *Zacharias* xiv, 6: « Venit Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo. » In iudice ergo « infinite angelorum legiones Christum regem undique circumstabant, » ait *Nysennum* in illud: « Quid uni ex minimis meis fecisti. » Item plurime legiones hominum sanctorum, qui cum Christo iudicabant impios. Quod expavescens *S. Augustinus* in *Medit.* cap. iv: « Tot, ait, iudicibus inops astabo, quod me præcesserunt in

COMMENTARIA IN EPISTOLAM S. JUDÆ APOSTOLI.

679

opere nono; tot arguentibus confundar, quot nulli prebuerunt bene vivendi exempla; tot convincat testimonibus, quot me momerunt profectis sermonibus, seque imitandos dederunt justis actionibus. »

45. FACERE JUDICIUM CONTRA OMNES. — *S. Cyprianus* ad Novatianum legit, *facere iudicium de omnibus*; Arabicus, *ut iudicetur omnis caro*. Vere *S. Augustinus*, serm. 64 *De Verbis Domini*: « Sedebit iudex, ait, qui stetit sub iudice; dannabit versus reos, qui factus est falsus reus. » Et *S. Paulus* *II Corinth.* v, 10: « Omnes, ait, nos manifestari oportet ante tribunalum Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gesist, sive bonum, sive malum. » Tunc enim, ut idem ait cap. iv, vers. 5: « Dominus illuminabit abscondita sensu-bris, et manifestabit consilia cordium, » et *S. Joannes*, *Apostol.* xx, 12: « Vidi, ait, mortuos magnos et pusilos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt, etc., et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera eorum. »

ET ARGUERE OMNES IMPIOS. — *Greca addunt ἀνθρώπους, id est eum.* Unde *Pagninus*, *ut redargut omnes ex eis qui sunt impi*. Explicit enim quid dicit, « facere iudicium contra omnes », per id quod subdit, « et arguere omnes impios ex eis. » *Christus enim instituit iudicium contra omnes homines, puta contra tolem ectum hominum (quia longe maior ejus pars est impius), ut perdat ex eis quoniamque revera invenierit impios.* *S. Cyprianus* ad Novatianum legit. « Et perdere omnes impios, et arguere omnem carnem de omnibus factis impiorum, quia fecerunt impie; » *Syrus*: « Ut redargut evectos illos impios, propter omnia opera illa que impio fecerunt. Hinc patet omnes omnino impios, etiam infideles et heretici, esse iudicandos in dicti iudice. Quod ergo *S. Augustinus*, serm. 38, negat eos fore iudicandos, et *Christus*, *Joann.* iii, ait: « Qui non credit, jam iudicatus est; » intellige eos non fore iudicandos iudicio discussionis et inquisitionis, sed iudicio sive sententia condemnationis: causa enim eorum cum sit clara, discussione non eget, sed sententia pronuntiatione, et pena irrogatione.

ET DE OMNIBUS DURIS (S. Cyprianus loco citato legit impiois) QUE LOCUTI SUNT CONTRA DEUM PECCATORES IMPII. — *Arabicus*, *et super sermonibus duris contradicuntibus, quibus locuti sunt in eum impianissima*, puta de omnibus blasphemis, erroribus et murmuribus contra Deum jacatis, item de omnibus verbis maledicis, detractoris, impudicis contra proximum diebus: haec enim cum sint contra Dei legem, sunt pariter contra Deum ipsum legislatorem, ideoque ab eo in die iudicis, iudicanda, arguenda et vindicanda. Alludit *S. Judas* ad id quod dixit vers. 8: « Majestate blasphemant. » Sic Capharnaïte, audito Christi sermone de carne sua manducanda, dicebant: « Dura est hic sermo, et quis potest cum audiire? » *Joan.* vi, 61.

16. HI SUNT MURMURATORES QUERULOSI. — *Syrus*, *hi sunt qui turbant et conquerentur in omni re;* *Arabicus*, *hi sunt provocantes super vos reatus.* Numinis murmurabant Gnostici de Evangelica lege, quod nimis esset arcta et carni difficultis; quod ob eam exponerentur fideles Gentilium odii, rapinis et neci; quod Episcopi novas leges, nova onera jejuniorum, festorum, rituum, observationarum, etc., gravia et dura populo imponebant.

Pro murmuratores grece est παρηγόροι, id est surrexores. Est autem susurro, ait *Oecumenius*, qui tacite ad mussitando, non aperite, quod sibi displaceat, reprehendit et carpit, ac presentem qui discordias seminat inter fides et amicos, turbatque unione et pacem, uti turbant heretici secreto detrahendo Episcopis et Pastoriibus.

Pro querulosis grece est παρηγόροι, id est queruli, *Oecumenius* et alii vertunt, *reprehensores*; παρηγόροι, ait *Oecumenius*, « est qui portionem et sortem aliorum reprehendit, quique omnia ac sororem studet vituperare. »

SECUNDUM DESIDERIA (ταῦτα, id est concupiscentias) SUA AMBULANTES. — *Arabicus*, *currentes, uti qui effrenes et ostro percitti.*

Et os forum loquitur superba, — τυρπά, id est tumida, excelsa, fastuosa, omnem modum fiduciam excedentia; *Syrus*, *stupenda; Arabicus*, *implicant in maximis ora sua.* Perstringit fastum Marci et Gnosticorum, de quibus *Irenæus*, lib. I, cap. ix: « Perfectos, ait, seipso vocant, quasi nemo possit exequari magnitudinem agitionis ipsorum, nee si *Paulus* aut *Petrius* dias, vel alterum quemdam Apostolorum, sed plus omnibus se cognovisse, et magnitudinem agitionis illius, quae est inenarrabilis virtus, solos ehibuisse: esse autem se in altitudine super omnem virtutem. Quapropter et liber omnia agere, nullum in illo timore habentes: propter enim redemptioem et incomprehensibilis et invisibilis fieri iudicari. » Subdit eos ipsum iudicem ad summum Dei tribunal citare. « Omnes timent, omnes scientiam pollicentur, » ait *Tertullianus De Prescript.*, cap. XL. Narrat *S. Gregorius*, *VIII Moral.*, xxvii, alias xxviii, hereticum quemdam dixisse, se non invide Christo Deo facto, quoniam si vellet, et vice posset fieri. Alii vocabant se Catharos, id est puros; ali Manicheos, quasi Manna fundentes; ali Noetos, quasi intelligentes. De superbis Lutheri et Calvinii dixit *Petrius*.

MIRANTES PERSONAS. — *Syrus*, *laudan personas*, puta homines illustres, primarios, opulentos supercipientes et predicatorum, q. d. adulantur potenteribus et divilibus, eos mirificare laudant et extollunt; fingentes se admirari eorum excellentiam, ingenium, sapientiam, opes, virtutes. Ita *Oecumenius*, *Sic Simon adulatus Neroni, eumque quasi admirans, ejus gratiam sibi conciliavit. Sic Marcus*

hereticus, ait Irenæus, lib. I, cap. ix, purpuratas et dittimas mulieres coluit, itaque earum opes emunxit. S. Hieronymus in Amos, cap. vii, testatur hereticos aneupari et facitare gratiam principum, quodque imperatores eis communicarent; ac si quis cis adversaretur, illico trinimari solitos: Ergo tu contra Imperatorem facis? Augustus mandata confemisti? Ita Ariani adulantes Constantino Magno, eum inimicis reddiderunt S. Athanasio; ac assentantes Constantio ejus filio, eum arianum et aereum orthodoxorum persecutorum efficerunt. Sic nostro anno adulati sunt heretici Elisabetha regina Anglie, ut caput Ecclesie angelicam dicte et haberet vellet, ac coli ut Papissa, utique vera, non fabulosa, ut illa Johanna pariter Anglia. Porro hoc faciunt.

QUESTUS CAUSA. — Graecæ, utilitas gratia; Syrus, propter lucra; Arabicus, inhântes lucro. Testatur S. Hieronymus in cap. II Isaiae et Jeremie VI, Syros, quales sunt Iudei, natura cupidos et avatos esse. Primi autem heresiarchi et heretici fure Judeochristiani. Unde S. Ignatius, epist. 3, eos vocat alienorum appetitus, pecuniarum rapaces et quasi voraces. Porro phrasim hanc, «marrantes personas», sumpsit S. Judas ex Septuaginta, qui mirari sumunt pro suspicere, revereri, colore. Gen. cap. xix, 21: «Suscepit preces tuas;» Hebrew habent: «Elevavi faciem tuam;» R. Mardochai: «Reveritus sum faciem tuam;» Septuaginta: «Admiratus sum faciem tuam;» que enim elevamus, quasi in altum sublata suspicimus, admiramus et reveremur. Hinc acceptiōnem, vel, ut Hebrew est *nec neso*, id est, elevationem personarum, Septuaginta vocant admirationem personarum, ut Deuteronom. 17: «Qui personam non accipit;» Hebrew, non elevat; Septuaginta, non miratur. Proverb. XVIII, 5: «Accipere;» Hebrew, elevere; Septuaginta, mirari et personam impia non est bonum.» Isaia IX, 15: «Qui beatifica est populum seducentes;» Septuaginta, qui faciat admirari. Hinc Naaman Syrus vir magnus apud regem Syrie, IV Regum, v, 1, a Septuaginta vocatur *περιηγανός*; περιών, id est, admirabilis facie, sive cuius personam omnes admirabantur. Id primus solerter adverterit et annotavit hic nostor Augustinus de Quirios.

Simili phrasi Latina dictur superbus mirari se, pro sibi placere et de se magnifice sentire ac loqui, et Virgilii, XI *Eneid.*:

— Fama ingens, *inquit*, ingentior armis,
Vir Trojane, quibus oculo te laudibus aequem?
Justitiae prius mirer, belline labores?

Rursum mirari per metalepsin est imitari. Sic Virgilii, VIII *Eneid.*:

— Primis et te miretur ab annis,

miretur, id est, imitetur, ait Servius E^t Lucanus, lib. IX:

— miratorique Catenis.

Optima enim ingenia necesse est ut ea quae mirantur, imitantur. Si Gnostici adulando mirabuntur, id est, imitabuntur mores et gesta potentium et divitum, ut eorum gratiam aneuparentur. Tales miratores videare est in aulis principum, qui id quod facit princeps, illico imitantur, ut principem voce, gestu, habitu, incessu, plane referre videantur; atque haec arte ejus favorem venantur.

47. VOS AUTEM, CHARISSIMI. — Est conclusio, qua declaratis hereticorum fraudibus et vitiis adheratur fides, ut Apostolorum doctrina et monitis constanter insistentes, eos velut pestes devident.

MEMOR ESTOTE VERRORUM QUE PREDICTA (id est, prius dicta, antehac dicta: ita Syrus, Arabicus, Pagninus et alii) SUNT AB APOSTOLIS, — ut a S. Petri, epist. II, cap. iii, vers. 2; a S. Paulo, I Tim. cap. i, vers. 1, et epist. II, cap. iii, vers. 2, ubi premonit fides, ut caveant hereticos mox nascituros, et ex parte jam matos. Vide ibi dicta.

48. ILLUSORUM. — Hebr. *οὐαὶ λόγοι*, id est illusores, derisorum, vocantur homines possimi, qui omnia divina et humana irrident, ut faciunt heretici. Hugo: «qui fidelibus illudunt,» sicut illudebant Iudei Christo, ut jure Antichristi vocari possint; Dionysius: «qui simplices decipiunt» per dulces sermones, per hypocrisias et simulaciones pietatis. Maxime vero Gnostici illudebant Dei providentiam et iudicium, ut sine ejus metu liberis suis indulgerent libidinibus. Unde irridendo dicebant: Ubi est promissio aut adventus ejus? II Petri III, 4.

SECUNDUM DESIDERIA SUA ANUBLANTES IN IMPERITIBUS. — Graecæ *ἀνθέτων*, id est *impeditum*, q. d. Desideria eorum sunt desideria impeditum, id est, rerum impiarum et impensis. Syrus, qui secundum concupiscentias suas ambulant post impeditum; Arabicus, currunt in suis desideriis impeditum.

49. HI SUNT QUI SEGREGANT SEMETIPSOS. — ab Ecclesia et cœtu fideliom, ac consequenter a Deo, Christo et cœlo, faciendo schisma, Ecclesiam et sectam propriam; et semetipsos deit in Greecis. Unde Oecumenius Grecum *ἀνθέτοντα*, id est distinguentes, dividentes, discriminantes, segregantes, vertentes exterminantes, vel potius distinguites, sic explicat: «Qui distinguit, id est, qui extra Ecclesias terminos, hoc est, extra fidem et sacram Ecclesie tabernacula homines abducunt et separant. Cum enim sua diversoria et collegia speluncas latronum fecerint, ab Ecclesia rapiunt, atque ad se adiungunt.» Apostoli ergo primitus, ad unitatem Ecclesie et ad consociationem fideliom, utique melius omnes cognoscere, curare et promovere possent, valde uergbant Christianos ut Ecclesias et cœtus communes frequentarent. Hinc illud Actor. cap. ii, vers. 46: «Quotidie perdurantes unanimiter in templo;» et cap. xx, vers. 7: «Cum convenientissimum a frangendum panem;» et I Corinthus, cap. xi, vers. 20: «Convenientibus ergo vobis in unum;» ad I Cor.

bras x, 23: «Non deserentes collectionem nostram, » Clemens Romanus, lib. II *Consit. Apost.*, cap. lxx: «Convenite, ait, in Ecclesiam singulis diebus mane et vespero ad canendos psalmos.» S. Ignatius, epist. 6 ad Magnes.: «Omnis ad orandum in idem loci convenite, sit una communis precatio;» et epist. 11 ad Polycarpum: «Ceribus celebrentur conventus Synodique, nominatim omnes inquire.» Porro causam cur se segregant assignat, dum subdit:

ANIMALES. — non ab anima, sed ab animalitate, ait Hugo. Sed hanc quoque significat anima, cum ab animo, id est parte superiori, distinguatur. Unde Accius in *Epigon.*, citatus a Nonio: «Sapiens animo, inquit, fruimus anima; sine animo anima est debilis.» Heretici ergo vocantur «animales» ab anima sensitiva et vegetativa, cui toti servient; quia scilicet ut animalia non rationem, sed sensum sequuntur, vivuntque in concepientiis carnis, «spiritum non habentes;» Syrus et Arabicus, *quibus spiritus non inest*, q. d. Toti quanti sunt, sunt mera animalia, mera caro; hinc nihil habent spiritus: nam «animalis homo non percipit quo sunt spiritus Dei,» I Cor. II, 14. Rursum: «Omnes qui recedit, et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet,» ait S. Joannes, epist. II, 9. Carca ergo cur se segregant ab Ecclesia est quia sunt animales. Sicut enim animalia sequuntur suum phantasiam, ita ipsi sequuntur suum cerebrum et iudicium, noientes credere et subdere se iudicio Ecclesie ejusque Rectorum. Unde Arabicus verit, *sic viventes*. Secundo, quia instar animalium sequuntur suos appetitus, non rationis et spiritus, sed sensus, puta gula, avaritie, ire, superbicie, libidinis, etc. Unde Oecumenius verit, *juxta mundi constitutionem viventes*. Rursum: «Spiritum, inquit, non habent, divinum scilicet in se loquenter, quia diabolica utuntur sapientia.» Audi S. Bernardum ad Fratres de Monte Dom: «Anima, ait, est res incorpore, rationis capax, vivificando corpori accommodata. Haec animalia constituit homines, que carnis sunt sapientes, sensibus corporis inherentes. Quae ubi perfecte rationis incipiunt esse non tantum capax, sed et particeps, continuo abdicant a se nomen generis feminini, et officiū animus particeps rationis, regendo corpori accommodatus, vel seipsum habens spiritus. Quamdui enim anima est, cito in id quod carnale est effeminatur. Animus vero vel spiritus non nisi quod virile est et spirituale meditatur, etc. Animus, inquam, in quantum bene animans, et perficiens animal suum supplemento libera rationis; bonus autem in quantum jam amans bonum suum, quo bonus fit, et sine quo nec bonus, nec animus esse posse. Fit autem bonus animus et rationalis diligens Dominum Deum suum in toto corde suo, Deum timens et mandata ejus observans. Hos est enim omnis homo.»

Nota: Pelet quis esse schismaticus, et non ha-

reticus, si videlicet separat se ab Ecclesia, non ideo quod credit eam non esse veram Ecclesiam, ac habere errores in fide, sed quia non vult ei obedire. Talis enim potest credere omnia fidei dogmata que credit Ecclesia, et tamen qui non vult ei parere, ab ea facit schisma. Schisma enim directe non fidel, sed charitati et unioni adversatur. Verum communiter schisma desinit in heresim. Ut enim schismati ostendunt se cum ratione fecisse schisma, illico negant illam Ecclesiam a qua fecerunt schisma, esse veram et orthodoxam. Negant pariter auctoritatem Episcoporum et Summi Pontificis, scilicet ipsum esse caput totius Ecclesie, ac praesertim sua schismatis: quia duo, cum sint articuli fidei, quisquis ea negat, hoc ipso fit hereticus. Ut schisma Graecorum, Donatistarum et super Anglorum illico transit in heresim. Quocirca S. Augustinus, lib. II *contra Crescentium*, cap. vii, sic schisma definit et ab heresi secerunt: «Schisma est recentis congregatio ex aliqua sententiâ diversitate dissensio; heres autem schisma in veteratum.» S. Hieronymus vero in cap. vii, ad Titum: «Nullum schisma, ait, nisi sibi aliquam confignit heresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur.»

Porro schisma est grave et immane peccatum, primum, quia injurum est «eo: unam eum et unanimem eius Religionem et cultum abulet, scinditque in duas. Quocirca Deus Core, Dathan et Abiron, schismatics, morte horrenda muletavit, ut dehinc terra vivi descendenter in infernum, Num. cap. XVI. Maxime vero injurium est Spiritui Sancto, qui est amator et auctor pacis et concordie. Unde Beda Spiritu Sanctum quo congregatur Ecclesia, vocat coagulum charitatis.

Secundo, quia injurum est Christo: ejus enim inconsuetum tunicam, puta Ecclesiam, lacerat et scindit, quod facere non sunt ausi Iudei et Gentiles crucifigentes Christum. Quia de causa S. Cyprianus, tract. *De Unitate Ecclesie*, et S. Hieronymus, epist. ad Damnum, asserunt schismaticos esse pejores crucifixoribus Christi. Ita Christus S. Petro, Episcopo Alexandriæ et martyri, apparuit veste consissa, causamque rei scisitanli dixit: «Arius vestem meam, que est Ecclesia, dilaceravit,» simul precipiens ne unquam Arium in communionem reciperet, quem Deo mortuum esse sciret. Ita habet Vita S. Petri, die 26 novemb. Sie et S. Augustinus, epist. 171, Donatistas vocat divisores vestimentorum Domini. S. Irenæus, lib. IV, cap. lxii: «Quam, ait, utilitatem potius considerantes, quam unitatem Ecclesie, propter modicas et quaslibet causas magnum et gloriosum corpus Christi conculidunt et dividunt, et quantum in ipsis est, interficiunt.»

Tertio, quia injurum est Ecclesie: nam eam lacerant et discedunt schismatici; perinde ac gravem homini ejusque corpori faceret injuriam, qui illud mutilaret et dissecat. Quocirca Irenæus, lib. IV, cap. xxvi, ait nullam posse esse

tantam perniciem, quanta est schismatis. Preclarus Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, lib. VI *Histor.*, cap. XLV, ita scribit ad Novatum : « Si invitus impulsus es (fieri Episcopus et facere schisma a vero Episcopo), sicut dicas, declarabis hoc, si voluntarii redieris. Oportebat quidem nihil non ferre, ne Ecclesiam Dei scinderes. Nec est martyrium hoc Ecclesie non scindendae gratia toleratum, minoris glorie, quam quod fertur propter idololatrie recusationem. Imo meo iudicio, majoris etiam glorie est : nam illic pro una quidem anima martyrium toleratur, hic vero pro universa Ecclesia. Jam vero si persuaseris fratribus, vel coegeris etiam ut ad concordiam redeant, magis erit factum hoc tam egregium, quam delictum quod praesessit. Si vero immorigeris persuadere nequeris, servando serua tuam ipsius animum. »

Quarto, injurium est Praelatis Ecclesie, a quorum jurisdictione et obedientia debita se separat. Quodcumque supletor S. Hieronymus, epist. 37 ad *Damascus*, in schismate Vitalis, Melletii et Paulini : « Ego, ait, Beatiitudini Tua, id est, Cathedrae Petri communione consocior : super illam edificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comedet, profanus est. Si quis in area Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. Non novi Vitalem, Melletium respuso, ignoro Paulinum. Quicunque tecum non colligit, spargit, id est, qui Christi non est, Antichristi est. » Nam, ut ait Optatus Milevitanius, lib. I *Contra Partenonem* : « Desteratae Catholicae, impii filii dum foras excurrunt, et se separant a radice matris Ecclesie, invidia calicibus amputati, errando rebellae abscedunt. »

Quinto, est injurium ceteris fidelibus, a quorum sociitate, concordia et charitate fraterna impie se separant. Idem proportionaliter locum habet in schismate, quo quis non ab Ecclesia, sed a suo Ordine et congregatione se separat. Unde S. Bernardus, serm. 1 de S. Michaeli, dicit SS. Angelini nihil ita placere ac concordiam, nihil ita displicere ac discordiam et schisma : « Sunt, ait, plurima que sis placent, ut sobrietas, castitas, paupertas, creber in colum gemitus; attamen super omnia haec unitatem et pacem a nobis exiguunt angeli pacis. Quidam maxime deteletur in his, que formam quamdam suæ civitatis representant in nobis, ut mirentur Jerusalem novam in terra? Dieo autem ut, quomodo civitatis illius participatio est in idipsum, sic et nos idipsum sentiamus, id ipsum dicamus. E contrarioque offendit et ad indignationem provocat eos, quomodo dissensiones et scandala, si forte inveniantur in nobis. » Et mox citans verba S. Judæ : « Hi sunt, ait, qui separant seipsos, animales, spiritum non habentes. Videre est animam hominis, quemadmodum universa corporis membra vivificat coherentia sibi. Separango quidvis a junctura exteriorum, et vide an de cetero illud vivi-

fiet. Sic est omnis qui dicit anathema Jesu : quod nemo dicit loquens in spiritu Dei, quia anathema separatio est. Sic et, inquam, omnis qui ab unitate dividitur, non dubites quin ab eo recesserit spiritus vite. » Deinde subdit angelos dicere schismatici : « Quid nobis et generationi huic spiritum non habent? Nam si adesset spiritus, per eum utique charitas diffundenderetur, et unitas non scinderetur. Non permaneamus in hominibus istis in aeternum, quia caro sunt. Quia enim conventio lucis ad tenebras? Nos de regno unitatis et pacis sumus, et homines istos in eamdem unitatem et pacem sperabamus esse venturos: nunc autem qui ratione nobis coharent, qui dissident a seipsis? »

Sexto, est injurium personæ cui inheret : facit enim ut schismatici sit separatus ab Ecclesia, a Christo, a Deo, incapax gratiae et salutis, adeo ut qui in schismate pro fide Christi mortem oppertunt, non sint martyres, nec in celum, sed in infernum descendant, uti docet S. Augustinus, lib. *De Patientia*, sub finem, imo Apostolus, I Cor. cap. XIII, vers. 3. Qui ergo se segregant, proprio iudicio se condemnant et quasi excommunicant. Denique injurium est suis ascellis, quos Ecclesia predatur, et in suum schisma a eternam pereiunt abducit. Vide S. Cyprianum, lib. I, epist. 6 ad *Magnam*, et epist. 8 ad *Pletem*. Ubi schismatics vocat adulteros, impios, sacrilegos. Et S. Chrysostomus, hom. 11 in epist. ad *Ephes.* : « Vir sanctus (S. Cyprianus), ait, dixit peccatum istud no[m] martyri quidem sanguine deleri. Die enim, queso, quam ob causam martyrum subiit? An non propter Christi gloriam? Quo itaque pacto qui animam pro Christo exponis, Ecclesiam opugnas, pro qua animam suam tradidit Christus? » S. Cyprianus, lib. De *Unitate Ecclesie* : « Avelle, ait, radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frangere ramum, fructus germinare non poterit; a fonte prece direvum, preciosum areset. »

20 et 21. VOS AUTEM, CHARISMATICO, SUPERADIFICANTES VOSMETIPSOS SANCTISSIME VESTRE FIDEI, IN SPIRITU SANTO ORANTES, VOSMETIPSOS IN DILECTIONE DEI SERVATE. — T[em]e superadificantes pendet a servate.

Nota : In Scripturis crebra est metaphora a fabrīcī, qua homines et filii vocantur a domus ; fideles vero et sancti vocantur a templum Dei, cuius fundamentum est fides, innixa solidissimo lapidi angulari Christo Iesu. Sunt in omnibus constructa edificatio crescit in templum sanctum in Domino, » Ephes. II, 21. Itaque cum seipso superadificant S. fidei, augustum Deo habitaculum extrinxt. Unde subdit ibidem S. Paulus : « In quo et vos coedificanti in habitaculum Dei; » et S. Petrus, epist. I, cap. II, vers. 4 : « Ad quem ascendet lapidem vivum, etc., et ipsi tanquam lapides vivi superadificant domum spirituales. » Christus ergo et fideles Christo inharentes, eri-

gunt et efficiunt insigne Dei templum mysticum, puta Ecclesiam, cuius fundamentum est Christus, paries sunt Ecclesie particulares et provinciales, lapides sunt singuli fideles, qui Christo fundamento per fidem et gratiam inedificantur et superadificantur. Imo quisque fidelis seipsum quasi particularē templū, sive sacrum edificat Deo, iuxta illud : « Vos estis templum dei vivi, » I Corinth. VI, 16. Hujus templo fundamentum est fides, paries sunt spes alie[n]e virtutes, tectum est charitas. Unde S. Augustinus, serm. 22 *De Verbis Apostoli* : « Domus Dei, ait, credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perfectur; » et Origenes in cap. IV *ad Rom.* : « Prima salutis initia et ipsa fundamenta, fides est; profectus vero et augmenta edifici, spes est; perfectio vero et culmen totius operis, charitas. »

Quares, qua ratione, sive per quid vult S. Iudas fideles superadificare seipso S. fidei? Respondeo primo, per augmentum et robur fidei, q. d. Fidei vestre novum indies additæ augmentum et robur; quotidianè crescite, proficie et confirmate vos in fide, ut in ea contra omnes Gnosticorum, infidelium et diaboliti tentationes constantes et firmi persistatis: sicut enim in fabrica corporali lapis lapidi, sic in mystica fides fidei superadificant principiæ, id est, rursus et quasi de novo, q. d. Innovate, recolite et instaurate fidei vestre principia, primosq[ue] fervores, in iisque vos conformati, et crescenti; et Arabicus, stato, vel erigite vos, aut consistite super fidei vestram sanctam. Sic S. Paulus ait : « Spes habentes crescentis fidei vestre, » II Cor. X, 15. Hinc Ecumenius sic legit, connectit et explicat : « Seipso instaurantes sanctam fidei in Spiritu Sancto, id est, secundum doctrinam Spiritus Sancti, » suscipi congregations in orationibus (quod significatur per orantes) facientes. Unde nonnulli hunc dant sensum : superadificate, id est magis magisq[ue] edificate et confirmate in vicem in fide, in qua primus fundati estis, per mutuas exhortationes, orationes, exempla, etc.

Secundo et potius, jubet fideles superadificare se sanctam fidei per opera virtutum; fides enim est fundamentum fabricæ spiritualis, cui spes, charitas alie[n]e virtutes quasi paries et tectum superadificantur, uti jam dixi. Sensus ergo est, q. d. Iesistis, o fideles, in baptismō fabricæ mystice fundamentum, puta fidei, nunc reliquam subtractionem erigit, sancta videlicet fidei et virtutum opera. « Nam fides sine operibus mortuus est, » Jacob. II, 26. Jubet ergo primo, fidei superadificant actus orationis, dum subdit : « In Spiritu Sancto orantes. » Secundo, actus charitatis, ut illam illasam servemus et adaugeamus. Unde subdit : « Vosmetipsos in dilectione Dei servate. » Tertio, fiduciam misericordie Dei et spem vita eternæ. Unde concludit : « Exspectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. »

Opponit S. Judas t[em]e superadificantes, illi quod dixit vers. precedentem : « Hi sunt qui segregant semetipsos, » q. d. Gnostici per heres in separant se uti a fide, ita a fabrica Christi: vos autem, o fideles, fidelis jam recepte constanter insistite, in herete, et omnes simul vos superadificant, ut omnes simul unam Ecclesiam omnibus numeris et absolutam constitutias.

Fidei vocat, non sanctam, sed « Sanctissimum, » ut miram et summam ejus sanctitatem significet: multis enim titulis, nominibus et causis est sanctissima, ut ostendi II Petri II, 20. Opponit sanctissimam, id est purissimam, Christi fidem implissimam et impurissimam Gnosticorum sectæ et perfidie.

In SPIRITU SANTO (puta per Spiritum Sanctum) GRANTES. — Ecumenius : « In Spiritu Sancto, » refert ad superadificantes, quod praecessit. Melius Romani codices et alii referunt ad orantes. « Ipse enim Spiritus postulat, » id est, postulare nos facit a gemitibus inenarrabilibus, » Rom. VIII, 27. Arabicus verit, state super fidei vestram sanctam, quando oratis in Spiritu Sancto.

Orationem accipi tum privatam, tum potius publicam in cœtu et Ecclesia. Ita Ecumenius. Notat enim Gnosticos animales, quorum cœtus et oratio erat impura, ideoque non fiebat in Spiritu Sancto, sed venereo et diabolico; turpissimas enim libidines in invicem exercabant. Notat quoque Simonis Magi ascecas, qui docebant se natura esse spirituales, ac proinde per se salvari posse, nec egere oratione et ope Spiritus Sancti, teste Irene, lib. I, cap. I, III et XX.

T[em]e ergo in Spiritu Sancto quatuor significat. Primo, orationem veram esse donum Spiritus Sancti, et sine eo neminem posse orare sicut opert ad obtinendam gratiam et salutem, uti definit Concilium Araniscum et Tridentinum, sess. VI, can. 3; imo Paulus, Rom. VIII, 26. Unde S. Augustinus, lib. IX *Confess.*, cap. VII, agens de suis orationibus : « Nos, ait, adhuc frigidis a calore Spiritus tui excitabatur. »

Secondo, in oratione postulanda esse ea quæ suggester Spiritus Sanctus, non caro, vel mundus, queque Spiritui Sancto grata sunt, non carnis.

Tertio, orationem efficere hominem spirituali, non animali; oratio enim est opus Spiritus Sancti, qua orantem illi similiem facit, ideoque spirituale. Unde sicut veteres nonnulli definient angelum : « Angelus est animal celeste, immortale, hymnisonum Dei laudes decantans. » Sic virum spiritualem definias : « Est orator et laudator Dei; est angelus in terra hymnisonus. »

Quarto, Spiritum Sanctum dirigere orationem nostram, ne noxia, sed salutaria petamus et impetrremus. Ipse enim orandi inspirat affectum patroris et effectum, ut ait S. Augustinus, iuxta illud Zachar. XII, 10 : « Effundam super dominum David, et super habitatores Jerusalem spiritum gratiae et precum, » hebr. זְהַבְתִּי תְּחַנֵּן, id est mi-

serationum; quia oratio suggesta et directa a Spiritu Sancto est ingens Dei misericordia, et divina miserationis fontes aperit, ex quibus non nisi bona et salutaria profundit. Secus fecerunt Israelite, qui acti spiritu gulari murmurantes contra manna pettebunt a Deo carnes, quas ei impetrarunt, sed illico plaga Dei in eos deservit, *Numeri*, xi, 33. Vere S. Isidorus, lib. III *De Summo bono*, cap. vii : « Multos, ait, Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiatur ad salutem; » et S. Augustinus, tract. 73 in *Joan.* : « Male, ait, usurus eo quod vult accipere, Deo potius miserante non accepit: proinde si hoc ab illo petitur unde homo ledatur exauditus, magis metuendum est ne, quod posset non dare propitiis, det iratus. »

21. VOSMETUS IN DILECTIONE DEI SERVATE. —

Syrus, *animam nostram vero in dilectione custodiamus.* Jungit dilectionem sive charitatem orationis, tum quia oratio per Spiritum Sanctum impetrat charitatem, juxta illud : « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctorum qui datus est nobis, » *Rom.* v, 5; tum quia ut Deus nos diligat et orantibus bona concedat, vicissim vult et nobis diligi; tum quia fabrice virtutum, puta fidei, spei et orationis, finis, fructus, culmen et perfectio est charitas, juxta illud : « Plenitudo legis est dilectio, » *Rom.* xii, 10; et : « Finitus precepti est charitas de corde puro, » *I Tim.* 1, 5; est enim charitas regina, imo anima, virtutum omnium. Porro dilectio haec Dei includit dilectionem proximi. Propter Deum enim diligendus est proximus; sic enim iubet Deus, Deique charitas. Schismati enim Gnosticorum opponit charitatem fidelium, ut ea unit in unam Ecclesiam fabricare consipient et coalescent, juxta illud S. Pauli : « Solliciti servante unitate spiritus in vinculo pacis, » *Ephes.* iv, 3. Nam, ut ait S. Augustinus, tract. 2 in *Joan.* : « Livor separat, charitas jungit. » Idem epist. 30 *Bonifacius*: « Ecclesia Catholica sola est corpus Christi, cuius illa caput est, Salvator corporis sui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus Sanctus, qui non est participes divinae charitatis, qui hostis est unitatis. » Eam ergo habeat, ut coalescat arbore vite. »

EXPECTANTES MISERICORDIAM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI (que vos perdulit) **IN VITAM ETERNAM,** — vel, ut vitam eternam assequamini. Arabicus, *in vita eterna.* In ea enim sentiemus immensam Dei misericordiam, eaque in Dei visione et possessione fruemer. Exhortat fideles ad constanter retinendam Christi fidem et charitatem, excitando eos ad spem vita eterna, quam certo assecuturi sunt a misericordi Deo, si in fide et charitate persistant. Hac ergo spe quasi clypeo omnes persecutions, difficultates, tentationes sunt refundende et elidende. Unde Syrus verit : *Animam nostram in dilectione Dei custodiamus, dum speramus misericordiam Domini nostri Iesu Christi.* Spem enim magis nitor misericordia Dei, quam propriis meritis, tum quia merita non nisi ex

misericordia et gratia Dei habemus; tum quia meritis nostris Deus non debet gloriam ex justitia, sed gloriam eis promisit ex misericordia. Ita S. Augustinus, *epist. 103.* Unde Paulus : « Gratia Dei, inquit, vita eterna, » *Rom.* vi, 23. Deus ergo fidelibus tribulatis et afflictis, quasi fortissimum solatium et fulerum dat spem (imo sepsum in spe) « quam sicut anchoram habemus anime tuam ac firmam, et incidentem usque ad interiora velaminis, » *Hebrei.* vi, 19. Hinc et Ovidius de spe cecinit, lib. I *De Ponto*, elegia 7 :

Hæc dea cum feruerit scleratas numina terras,
In diis invisa sola remansit humus.

Porro vitam eternam graphicè depingit S. Augustinus in sua de ea cum matre colloquio, lib. IX *Confess.*, cap. x, ubi inter alia ait : « Venimus in mentes nostras, et transcendimus eas ut attingemus regionem ubertatis insufficientis, ubi pascit Israel in eternum veritatis pabulum, et ubi vita sapientia est, per quam fiunt omnia ista, et que fuerant, et quae futura sunt, et ipsa non fit, sed sic est ut fit, et sic erit semper; quia potius fuissit et futurum esse non est in ea, sed esse solum, quoniam eterna est: nam fuisse et futurum esse non est eternum. Et dum logarithmum et inbius illi, attingimus eam modice totu' itu' cordis, et suspiravimus, et reliquimus ibi religatas primas spiritus. »

22. ET NOS QUIDEM ARGUITE JUDICATOS, — puta per se damnatos, re ipsa et facti evidenter, scilicet publica haeresi et schismate convictos, ac atrocitate criminis condemnatos, eti nemo in illos sententiam damnationis pronuntiet, juxta illud Pauli ad *Titum* iii, 10, de hereticis : « Subversus est cum sit proprio iudicio condemnatus. » Nonnulli codices Grecoi legunt : « xxi. 6. πειρασθεντες, quod Pagninus et Vatablus vertunt, hos quidem commiserentiam dum djudicantur, sciunt ab eis, vel dum djudicantur estis critice, scilicet eos, quod Noster passime, sed codem servit, *judicatos.* θαυμαζειν enim est verbum medium, unde tam active, quam passive veri potest. Rursum *OEcumenius*, *θαυμαζειν*; verit, qui se separant et segregant. Verum melius ali codices, quos sequitur Arabicus, *OEcumenius* et noster Interpres, legunt *ταύπεται θαυμαζειν*, id est *arguite judicatos.* Sic enim constat antithesis cum altero partitionis membris, quo subditus dicens : « Illos vero salvate. » Est partitio : proumnen enim hos refert haereticos; illos vero, eorum discipulos, ab hisque seducitos, de quibus egit totu' capite, et paulo ante vers. 19 : « Hi sunt, inquit, qui segregant semetipsos, animalia, Spiritum non habentes. » Jam sensus est, q. d. Vobis dilectionem conservare et exercere non tantum in fideles, sed etiam in infideles, apostolus et haereticos, corumque assecutas. « Hoc ergo, puta haeresiarchas, haeresisque doctores, disputando de haeresi, id est *dijudicate*, redar-

guite, convincite (ut errore eorum patefacto ab omnibus videntur et explodantur) *judicatos*, dum scilicet dijudicaveritis, verisque rationibus ostenderitis eorum errorum et schisma, ut jam si non sibi ipsis, certe aliis convicti, judicati et dannati videantur. « *Judicatos* » ergo intellige obsinatos in haeresi. « Illos vero, » pula discipulos haereticorum, vel fideles qui eis incipiunt auscultare et nutrire in fide, « salvate, » id est *serve*, ab imminentia ruina in Gnosticorum haeresim, libidines et perditionem, quasi celerrime et violenter « de igne rapientes. » Perinde ut pannus igne corruptus et ambustus, illico violenter et injecta manu ex eo abripitur. *To de igne nota Gnosticorum* tum libidines, tum gehennæ meritum incendum. Unde Graeca addunt & φέλει, id est *in timore, vel terrore, q. d.* Per minas et terrorum suppliciū ac gehennæ salvate et eripite eos de igne inferni.

23. ALII AUTEM MISEREMINI. — Hec jam desunt in Greco, in quo proinde bimembri sunt sententia, cum in Latino sit trimembri. Scensus ejus ergo est, q. d. Ipsos haeresis doctores acriter arguite, quasi tam suo, quam Dei et hominum iudicio judicatores et condemnatores, ut ceteri timantur; orum vero discipulos partim timore, partim miseratione et clementia pro cuiusque indeole ad fidem reducete. Addit quadam Arabicus que nec sunt in Greco, nec in Latino, sed enim verit : *Quibusdam misericordiam facite, quando sunt in iudicio vel contradictione, aut quando jure vel iuridice corrumpuntur.*

Secundo, alli trimembri hanc sententiam ita explicant, q. d. Manifestos hereticos palam arguite, eos vero qui adhuc integrum sunt et sani in fide, inoculnes servate, et quasi ab incendio eripite: alios denique jam nutantes et in interitum propensos, non sine casto timore, commiserante completecimini.

Tertio, alli tres hic peccatorum gradus distinguunt : *Primum*, in heresi et peccato obstinatum; hoe acriter arguit duecere iubet Judas, aequo ac Paulus ad *Titum* ii, 13. *Secundum*, qui decepti in heresim et peccatum incidenter et ignorantia, vel infirmitate, hos jubet de igne rapi. *Tertium*, qui penitente culpam agnoscunt veniamque postulant, horum miseri, eosque misericorditer, in gratiam et gremium Ecclesie recipi jubet. Omnia haec probabilita sunt.

Moraliter, docet hic S. Judas quam animarum, etiam infidelium et hereticorum, saluti incumbere debeamus, idque exemplo Christi et Apostolorum, qui se et omnia sua pro animabus salvandis impenderunt. « Empti estis pretio magno, » ait S. Paulus, *I Corinthus*, vi, 26. Vide et obstupescit quam prefosa sit anima quelibet; eam enim emit Christus pretio sanguinis sui. Pretermi itaque anima est sanguis Christi; ergo ipsa anima valet Christum, Christique sanguinem. « Magna res anima que Christi sanguine redempta est, » ait S. Bernardus, *epist. 84*; et S. Chrysostomus,

homil. 3 in epistol. *I ad Corinthios* : « Nihil est, ait, quod anima possit equivarari, ne universus quidem mundus. Itaque etsi immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen efficeris si converteris animam. » Quocirca S. Dionysius, *Celest. Hierarch.* cap. iii : « Divinarum omnium perfectionum, ait, divinissima est perfectio, Dei cooperatorem esse, nimurum in reductione animarum ad suum creatorem, » uti in derpetatur ibidem *Dionysius Carthusianus*.

Secondo, docet S. Judas hunc animarum *zelum* debere esse celarem et efficacem, cum ait : « De igne rapientes. » Sic enim si quem puerum, vel amentem in ignem ruere videremus, illico omnibus viribus eum etiam nolentem et resistenter inde raperemus: ita pariter animas per peccatum sponte ruerentes in ignem gehennæ, omni conata et celerritate, etiam per vim inde rapere debemus, juxta illud *Amos* iv, 11 : « Facti estis quasi torris raptus ab incendio. »

Porro omne peccatum, omnis cupiditas est ignis, sed maxime libido: unde de ea a Gnosticis frequenter, ait S. Judas : « De igne rapientes. » Primo enim sicut ignis urit corpus, ita libido urit mentem, juxta illud *Virgilii de Didone*:

Uritur infelix et caco carpitur igne.

et Ovidius, lib. I *De Arte*:

Venus in vini, ignis in igne calet.

Quin et S. Paulus, *I Cor. vii*, 9 : « Melius est numero quam uri. » Secundo, sicut ignis in domo serpit, eamque totam pervadit et comburit: ita et libido totum hominem mentem, phantasiam, sensus membrorum omnia pervadit et depascitur, juxta illud *Job xxxi*, 12 : « Ignis est usque ad perditionem devorans et omnia eradicans genimina. » Tertio, sicut ignis a domo in dominum prospexit, ab arbore in arborem, totumque plateam, urbem et silvam brevi tempore populantis flammis occupat et inflammat, sic et libido unus vel paucorum in totam viciniam, urbem et rempublicam proserpit, eamque instar *Ætnæ vel Vesuvii* inficit et incendit. Quare initii occurrendum est, ignis huius in suo fomite et scintilla est suffocandus et extinguendus, juxta illud : « Beatus qui tenebit et allidet parvulosq[ue] ad petram, » *Psalm. cxxvi*, 9. Quarto, libido est ignis, quia igne gehennæ vicina: nil enim inter libidinosum et ignem gehennæ interjacet, nisi paries fragilis corporis, quo disiecto, illico ultricibus gehennæ flammis corripitur. Hinc Sodoma ardens igne libidinis, igne colesti, immo gehennæ conflagrat. Unde Glossa interlinealis ait, iubere S. Judam, « ut quadam vi studeant alios liberare de igne vitrum, et sic de igne tormentorum. »

Quocirca ut hunc ignem libidinis ebullientem in se extinguuerit S. Franciscus, nives gelidas contraxit. Alius sollicitatus a meretrice digitos in igne lucerne cremavit, itaque igne ignem super-

ravit, duosque rapuit de duplicitate: nam et se servavit, et incretim compunxit ad convertit. Ita Vite Patr. lib. V De Fornicat., numer. 37. Alius matrem votulam per flumen translatus, pallio manus involvit ne eam tangere; rogatus a malo causam, dixit: « Quis corpus mulieris ignis est, et ex matre mihi idea aliarum suggestur feminarum. » Ibidem libello IV, numer. 68. Denique Ursinus presbyter moriens presbyteram suam manum ori admoventem repulit, dicens: « Recede a me, mulier, adhuc ignarus vivit, » ait S. Gregorius, IV Dialog. 40.

Tertio, docet S. Judas hunc animarum zelum debere esse iunctum cum visceribus misericordiae, cum ait: « Aliis autem misericordia. » Non enim peccatoribus indignari debet, qui eos salvare satagit, sed peccato; peccatum vero misereri: sicut medicus phrenelico non indignatur, nec eum impugnat, sed ejus phrenesini. Unde S. Augustinus, serm. 13 De Verbis Apostoli: « Si per charitatem, inquit, imponimus disciplina, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam pium, quam medicus ferens ferramentum? Plorat secundus, et secatur: plorat urendus, et uritur. Non est ista crudelitas: sevit in vulnus, ut homo sameatur, quia si vulnus palpetur, homo perditur; » et S. Chrysostomus, hom. in illud Psal. rx, Paten-tia pauperum non peribit in fovea: « Charitas, ait, serueler, et protrover homo incepit, lingua clamet, et cor amet; quia clamor iste, eti clama-t, intus amat. » Et S. Basilus in Regul. brev. inter. 296, indicium domini animalium curatoris assignat, « si adversus peccantes admirabilem illam et horrore plenam sanctorum virorum misericordiam imitatus sit. » Haec misericordia excelluit S. Martinus, qui, ut narrat Sulpius in ejus Vita, cap. xxv, diabolo dixit: « Si tu ipse, o misera-bilis, ab hominum insectatione desisteres, et te factorum tuorum vel hoc tempore, cum dies iudicii proxime est, pomeriter, ego tibi vere con-fusus in Domino Christi misericordiam pollicere. » Subdit Sulpius: « O quam sancta de Domini pie-tate presumpto, in qua etsi autoritatem prestare non potuit, ostendit affectum! » Diabolus enim quia damnatus et in malo obstinatus, uti penitere nequit, ita misericordie et venie est incapax. Hoc facit quod monet Philo, lib. De Sacrificio Cain et Abel, conandum esse, ut etiam certo perdendos a suis vitis quantum possumus, seruenus, tum ut nostro officio perfungamur, tum ut minus peccent minusque damnentur, atque ita infun-dam bonos medicos, qui etsi videant agnum sa-nari non posse, omnem tamen ei curam adhibent, ne officio suo defuisse videantur. A medico enim et pastore requirunt cura, non curatio, utpote cum morbus non raro sit incurabilis.

MISERICORDIA IN TIMORE, — proponendo eis poemas Inferni, aegre ac temporales, que eis timorem in-venient ut se convertant; vel potius « in timore, » quasi dicat: Timendo ne, si immisericordes et

duri sitis in prolapso, aut imprudenter cum etsi agatis, vos quoque in idem similem peccatum deserente Deo probabamini, itaque vicissim Deum immisericordem et durum in vos experimimi, juxta parabolam servi rigide a conservo exigentis omne debitum, Matt. cap. xviii, vers. 33. Hoc est quod monet Paulus Galat. vi, 1: « Fratres, etsi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales etsi, hujusmodi instaute in spiritu lenitatis, considerantes te ipsum, ne et tu ten-taris. » Ita S. Ambrosius, Dominicus, Eligius, au-dientes confessiones flebant ex compassione pec-catorum: quia, ut ait S. Augustinus in Soliloq. cap. xv: « Nullum peccatum est quod unquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo, si deus creator a quo factus est homo. » Rursum, « in timore, » id est cum quadam velut reverentia, tum versus Deum, tum versus imaginem illius, quam frater peccato suu turpavit: ita noster Lorus. Minus recte aliqui « in timore referunt ad « odientes, » quod sequitur.

ODIENTES ET (et, id est etiam, vel interim) EAM QUE CARNALIS EST, MACULATUM (græce καρναλικός, καρναλών, id est a carne maculatum) TUNICAM. — Pendant haec ex eo quod praecessit: a Aliis autem misericordia in timore, » q. d. Volo vos misereri se-ductorum a Gnosticiis, sed cum timore et odio, non hereticorum, sed heresis, ne scilicet eorum familiaritate illicet ipsi suam scabiosam vobis affri-cant, et suam libidinem et heresim amelando afflent. Quare moneo ut animas eorum amando convertere satagatis, sed inter odiatis eorum maculatam vestem et tunicam. At quemam haec?

Primo, aliqui accipiunt concupiscentiam, quam Paulus vocat veterum hominem, eumque exi ju-bit cum actibus suis, Coloss. III, 9.

Secundo, ali per « tunicam » accipiunt carnem: hec enim est quasi vestis anime, hancque Gno-stici maculabunt sui libidinibus, juxta illud vers. 8: « Et carnem quidem maculant. »

Tertio, ali accipiunt hypocrisim et speciem pietatis, quam exterius sunt sordibus idem preten-debant; erant enim interius spuri, omnique libidine polluti.

Quarto et optimo; per « maculatam tunicam » accipe turpes et carnales mores et effectus (hi enim sunt quasi vestis anime, pulchra si pulchritudo, turpis si turpes), turpem vivendi modum, sordidatam libidinibus et vitiis conversationem: sor-dida enim opera sunt quasi sordida indumenta animi: ita Vatablus, et Clemens Alexandrinus: « Maculata tunica, inquit, est cum spiritus con-cupiscentis pollutus est carnalitus. »

Aliud primo, ad ritum legis veteris Levit. xv,

quo uestes lepra, sanguine vel semine pollutorum, pollute censebantur, ita ut quicunque eas tan-geret, legaliter polueretur, et arceretur tam a templo, quam a convictu hominum. Secundo, ad profusas crapulas et libidines Gnosticorum, que in uestes ipsas defluunt, easque infundebant et

maculabant, juxta illud vers. 12: « Illi sunt in epulis suis macula. » Tertia, ad vestem candidam qua fideles induuntur in baptismo, ut moneantur candorem interiorum tuorum et conservare, ideoque audiunt a sacerdote baptizante: « Accipe ves-tem candidam, sanctam et immaculatam, quam perferas sine macula ante tribulum Domini nostri Iesu Christi, ut habebas vitam eternam, et vivas in sancta seculorum, amen. » Vide S. Augustinus, serm. 439 De Temp., et S. Ambrosius, lib. De Iniquitate. Sensus ergo est, q. d. Virtute, o fi-deles, ne agendo cum Gnosticiis vestem candidam innocentiae, quam in baptismis acceptis, eorum impuritate et libidine contaminatis, sed illam plane edite et excaramini. Ita de Valentinius im-peratore legimus apud Sozomenum, lib. VI, cap. vi, quod cum adhuc militaret sub Juliano Apo-stola, dum cum eo ingressus templum idolorum, sacerdos roscidis frondibus Julianum aspergeret, gutta una in vestem Valentiniiani inciderit; quare ipse illico, audiente Juliano, pollutum se dicens, non expiatum sacerdotem increpit, pugnoque percussit, quia et vestis pariem gutta aspersam precidit et abiecit.

Moraliter, docet hic Judas charitatem fidelium debere esse prudentem et circumspectam, ne dum alios volunt salvare, seipso perdant. Quare qui conversantur cum peccatoribus, presertim confessari, qui fedissima sclera audiunt, pre-muniant se oratione, atque odio et execratione maculatam tunicam, puta omnis viti et sordis. Thomas Caputpratinus refert se per S. Lutgardem im-petrassae a Deo, ut in excipiendis confessionibus nulla turpi narratio commoveretur, cum tamen alias frequenter et graviter turpibus phantasmati-bus torqueretur: ita habet Vita S. Lutgardis, lib. II, apud Surius, die 16 junii. Prius ergo se solident sacerdotes in castitate et virtute, ac deinde cum incestis et scleratis agent, eosque convertant, ne si in ea debiles sint et infirmi, per aliud obce-nitatem et osculare vincantur; perinde ac debiles, qui manum natantibus jam submergendi porri-gunt, ut eos extrahant, ab ipsis validioribus in undas pertrahuntur et merguntur.

24. EI AUTEM QUI POTENS EST VOS CONSERVARE SINCE PECCATO. — Syrus et Arabicus addunt, et sine macula, ut eareatis. — Iulata Gnosticorum tunica, de qua proxime sermo praecessit. Doxologia magna pars obsignat S. Judas epistolam, ait Ecume-nus, tota cordis affectu celebrando Dei attributa et magnificientiam ostensam in Christo. Doxologia haec tacitum confinet volum et precem, ut scilicet Deus fideles sine peccato conservet, et immaculatos sicut Christo gloriatus adventem ad judicium, ut ab eo gloriosi donati exulent, eumque laudent in omnia secula. Simili modo S. Paulus claudit epistolam ad Roman. XVI, 23: « EI autem qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, etc., soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor et gloria in secula seculorum, amen. »

Sic et S. Petrus claudit primam epist. cap. v, vers. 11: « Ipsi gloria, inquit, et imperium in secula seculorum, amen. » Hic secundam cap. III, vers. 18: « Ipsi gloria et nunc, et in diem eternitatis, amen. »

Porro doxologiam hanc opponit blasphemis et haeresibus Simonis et Gnosticorum. Simon enim dicebat se esse Deum et redemptorem, non Christum: sua gratia, non Christi nos salvari. Gnosti-ci negabant peccatorum turpitudinem, puni-ctionem et iudicium universale. Hec ergo in doxologia haec profiteatur S. Judas, Deumque celebrat ut solum salvatorem, solum glorificatorem, solum potenter, solum mirabilium patratorem, solum dominatorem, solum magnificum, solum glori-um, solum aeternum.

Nota: *Tu si qui potens est* non tantum significat Deum posse, sed et velle nos conservare sine peccato, adeoque conservaturum, nisi nos ei ejusque opere et gratiae desimus. Simili phrasis ait Paulus, II Corinth. ix, 8: « Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. » Po-tens est, id est potest, scit, vult et facit abundare omnem gratiam in suis fidelibus.

Hinc discimus neminem sine Dei gratia posse vi-tare omni peccata, et vivere sine peccato, etiam gravi et mortifero: per ejus autem opem ordinariam posse nos omnia mortalita vitare, non tamen omnia venialia ad longum tempus, nisi ex speciali-itate privilegio, quale concessum fuisse B. Vir-gini credit Ecclesia, ait Concilium Tridentinum, sess. VI, can. 23, et cap. 1: « Justorum; ait, illa vota est et humili et verax: Dime nobis debita nostra. » Unde S. Augustinus, De Natura et Gratia, cap. x: « Hoc, inquit, confiteatur, quod impie-tate sceleratissima negatur, sine gratia Dei homi-num sine peccato esse non posse. » Et S. Cyprianus, De Oper. et Eleemos.: « Si, inquit, nemo esse sine peccato potest, quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est; » et S. Gregorius, lib. XX Mor., cap. IX: « Multi, ait, in hac vita sine crimine, nullus vero esse sine peccatis valet. » Quocirca Arabicus verit, etenim salus nostra potens est ut custodiat vos sine peccato, et sine macula, seu vita. Per « salutem » intelligit Deum salutarem, ejusque gratiam salutiferam per Christum datum. Deus enim solus per se et natura sua est im-peccabilis, tum quia est ipso per essentiam ho-minalis et sanctitatis, tum quia ipsius ratio et voluntas sibi, et angelis ac hominibus est omnis recti-bonique norma et regula, uti docet S. Thomas, I part., Quest. LXII, art. 4. Creatura vero omnes per se peccabiles sunt, sed a Deo participant ut non peccent, et subinde ut peccare non possint: ut Beati. Quo ergo magis accidunt ad Deum, eo magis recessunt a peccato, fumigant tandem quasi impeccabiles, uti docet S. Augustinus, lib. XXII De Civit. cap. XXX; unde S. Hieronymus, lib. II Contra Pelagianos: « Absque vita, ait, quod dicitur extra- id est malitia, hominem esse posse ait: *extra-*

TOT, id est *sine peccato*, esse nego; id enim soli Deo competit, omnisque creatura peccato subiecta, et indigit misericordia Dei. Et Tertullianus, lib. *De Prescript.* haret.: « Soli Deo Filio, ait, servabatur, sine delictis permanere. »

Et CONSTITUERE ANTE CONPECTUM GLORIE SUB IMMACULATOS. — Graece ἀρχή, id est *irreprehensibilis*. *Conspectum glorie* vocat *primo*, praesentiam Dei gloriosi, in qua omnes in hac vita *conscientiam*, *justam* *et* *sanctam* *vivere* possunt. *Vixit Dominus exercituum ante cuius vultum sto*, *viii Reg. cap. xviii*, vers. 43, quasi dicat: Ut in oculis Dei sitas et ambuletis immaculati. Ita Dionysius; unde Clemens Alexandrinus exponit, « coram angelis, » q. d. Ut omnia facias quasi vidente Deo et SS. angelis; sic Paulus ait *Ephes. 1*, 4: « Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspicuus eis in charitate. » Et Zaclarias: « Serviamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris, » *Lucus cap. 1*, vers. 74.

Secundo el planius, « conspectum glorie » vocat gloriam Dei, qua gloriosus appetit, conspicit et conspicitur a Beatis in visione beatifica: huic enim nemo sistetur nisi plane purus et immaculatus, *Apoc. xxi*, 24; unde Syrus veritus, *sive nava*: nullus enim vel minimus nevus admittitur ad istam gloriam. Unde sequitur: « In adventu Domini: » ita Beda, Lyranus, Thomas Anglicus et alii. Ad haec *gloriam celestem* jugiter oculos cordis *et* *coris* eleverunt, juxta illud monitum Ecclesiast. 30: « Sursum corda. » Et S. Augustinus in *Psalm. xxxi*: « Erige cor sursum, ne putrescas in terra. »

Et EXULTATIONE, — tum qua exultat sancta conscientia in sua vita, eo quod nullius mali sibi sit conscientia, juxta illud *Psalm. xxxi*, 11: « Lætamini in Domino et exultate justi, et gloriamini omnes recti corde. Nam *secura mens* quasi iuge con vivium, » *Prov. xv*, 18. Tam potius quo exultant Beati in celo, juxta illud: « Exultabant sancti in gloria, » *Psalm. cxlix*, 5; « Gaudium et exultationem obtinebunt, » *Isaiae xxxv*, 10. Exultatio enim Beatorum deo visto et possesto, est ipsa Dei fructus, ideoque vel est ipsa formalis beatitudine, ut vult Medina, I II, *Quest. III*, art. 4, et alii; vel potius est beatitudinis in visione Dei consistentis fructus, flos et complementum, uti docent passim ceteri Theologi. Porro exultatio est gaudii excessus cum quadam cordis corporis risque subsultatione. Unde graece ἀπλάσθειν, id est *exultare*, dicitur quasi ἔχει θέλειν, id est, *valde saltare et exire*, quod Hebrew vocant *τεταναν*, id est *jubilare*, et *τύναλται*, id est *exultare*. Unde Graecum *ἀπλάσθειν*.

Praeclare S. Augustinus in illud *Psalm. cxlviii*, *Laudate Dominum de celis*: « Etsi corpus nostrum, ait, adhuc in Babyloniam tenetur, cor nostrum ad Ierusalem premitur. Laudet ergo tota creatura Dominum, quia hoc ubi facturi sumus, quod hic

præmeditamus. Coelestia tranquilla sunt, ibi semper gaudium, nulla mors, nulla molestia, semper laudant Deum Beati. Nos adhuc in ino sumus, sed cum cogitamus, quomodo illic laudetur Deus, cor ibi habeamus, et non sine causa audiamus: Sursus corda. Levensur cor sursum, ne putrescas in terra: quoniam placet nobis quod ibi agant angeloi. Laudate ergo eum in excelsis. »

In ADVENTU DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. — Desunt haec nunc in Greco, Syro et Arabico, et in nonnullis Latinis antiquis. Adventum secundum Christi intelligit, puta gloriosum ad judicium, quo omnes Sanctos beabit et glorificabit, juxta illud *Thessal. I*, 10: « Cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. » Hinc S. Franciscus in *Explicatione orationis Dominicanae*, illud, « Adventum regnum tuum, » sic explicat: « Adventum regnum tuum ut regnes in nobis per gratiam tuam, et facias nos venire ad regnum tuum, ubi est tui visio manifesta, tui dilectione perfecta, tui societas beata, tui fructus sempiterna. »

SOLI DEO SALVATORI NOSTRO. — Salvatoris nomen nunc Iesu Christo: Jesus enim idem est quod Salvator; nunc Deo Patri, vel potius *SS. Trinitatis* tributur: haec enim nos salvet per Christum. Ita hic Deus, puta tota *SS. Trinitas*, votatus Salvator noster, juxta illud *Psalm. xxxi*, 8: « Homines et cuncti salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus. » Et *I Timoth. IV*, 10: « Speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime autem fidelium. » Graeca addunt ἄρτη, id est *sapienti*: solus enim Deus per se et per essentiam est sapiens, bonus, potens: angeli enim, homines et creature a Deo participant et emendant particularem bonitatem, sapientiam, potestis, etc. Porro aperte *sapienti* jungitur a Salvatori, « quia scientia sanctorum est scientia salutis, Sapient. X, 10; *Lucas I*, 77. S. Judas concinit S. Paulus in *Timoth. I*, 17, dicens: « Regi autem seculorum immortali, invisibili, soli Deo honor et gloria in secula seculorum. Amen. »

PER IESUM CHRISTUM. — « A natura propria, ait S. Bernardus, serm. 2 *De Circumcis.* habet noster Jesus ut sit Salvator; innatum est ei non men hoce, non indutum ab humana vel angelica natura. » Per Christum enim nativitatem, prædicationem, miracula, passionem, mortem, resurrectionem, etc., innotuit, imo toto orbe celebrata est Dei gloria, magnificencia, imperium et potestas, juxta illud Christi: « Pater, clarifica nomen tuum; et facta est vox de celo: « Et clarificavi, et iterum clarificabo, » *Johann. XII*, 28; et cap. *xvi*, vers. 1: « Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te; » et vers. 6: « Manifestavi nomen tuum hominibus. »

GLORIA. — Graece δόξα, id est *claritas*, est clara cum laude notitia, inquit ex Aristotle et Cicerone S. Augustinus, lib. *LXXXIII Question.*

COMMENTARIA IN EPISTOLAM S. JUDÆ APOSTOLI.

Quæst. XXXIII: vel, ut S. Basilus, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. *xxii*, gloria est commemoratio mirabilium que alicui insunt, presertim Deo. Vel, ut alii, « gloria est notitia clarior alicuius excellentie; » vide S. Hieronymus in cap. v *ad Galat.*, et Dominicus Soto in *IV*, dist. *xlvi*, Quæst. III, art. 4. Gloriam hanc sibi uni reservat Deus, *Isaiae xxxi*, 8, dicens: « Gloriam meam alteri non dabo, » quia gloria propria est, proprieque debita soli Deo in infinitum ejus majestatem, celsitudinem, magnitudinem, magnificientiam. Ita Angelii et Beati omnes accipiunt Deo gloriam, *Apocal. cap. iv*, 11, cap. v, 12, cap. *xix*, 7. Idem imitantur Sancti in hac vita. Unde S. Ignatius, fundator Societatis nostre, hoc habuit, nobisque impresso elegit: « Ad maiorem Dei gloriam. » Optat igit S. Judas Deo gloriam, ut scilicet omnes angeloi, omnes homines, omnesque creature cum ut summam majestatem celebrent, predicent, laudent, et glorificantur.

Et MAGNIFICENTIA. — *Syrus, potentia*; graece πρέσβειον, id est majestas, magnitudo, magnificencia, deus, amplitudo, dignitas. Magnificentia autem est magnorum operum patratio, item magnum persone deus, splendor, ornatus, majestas: utroque modo Deus est magnificissimus. Unde millia milium ministrant ei. Hinc dicta est magnificentia virtus, quam ita definit Cicero, lib. *Il De Invent.*: « Est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida proportione agitatio atque administratio. »

Et IMPERIUM. — Graece βασιλεία, id est *robur*: ita *Syrus* et *Arabicus*. Deus enim in omnes et omni plementissimum, robustissimum et efficacissimum habet jus et imperium, estque summus Universi imperator et dominator. Ita S. Judas et Sancti ex summo Dei amore et reverentia, optant Deo magnificientiam et imperium, quasi congratulando ei, gaudendo et desiderando, ut in eo semper illa perseverent; rursum, ut ab angelis et hominibus illa agnoscentur, colantur et celebrentur.

TU REQUIES TRANQUILLA PIIS, TE CERNERE FINIS:
PRINCIPIUM, VECTOR, DUX, SEMITA, TERMINUS IDEM.

Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum landabunt te. O summa veritas, vera charitas, chara eternitas, Deus meus et omnia: fac nos te sapere, tibi vivere tibi mori, te frui per æterna sæculorum. Amen.

Vide dicta *Habacuc* II, ad illud vers. 20: « Dominus autem in templo sancto suo, sileat a facie ejus omnis terra. »

Et POTESTAS. — ἀρχάς; *Syrtis, dominatio*; Arabeus, *potentia*, cui scilicet nemo resistere valet. Potestas est quasi executio imperii: exequitur enim efficiens quidquid voluntas Dei imperat. Porro Hugo considerat gloriam Dei in se, magnificientiam in operatione, imperium in regimine omnium, ut omnis voluntas ejus fiat; potestatem, ut nihil ei resistat. Lyranus gloriam explicat, in quantum Deus apparet dignus omni laude; magnificientiam, de diffusione bonitatis ejus super omnia; imperium, de obedientia totius creaturae ad ipsum; potestatem, de punitione malorum et premiatione bonorum.

ANTE OMNE SECULUM, — scilicet fuit et constitut, « et num » consistit; vel potius opto precorque ut consistat. Aut, q. d. Que illi autem omnia secula debentur, eadem ei « et nunc, » puta in praesenti vita a fidelibus, « et in omnia secula » a Beatis in celo residantur.

ET IN OMNIA SECULA SECULORUM. — Graece, καὶ εἰς τὰς τοῦ αἰώνας; *Syrtis, et in omnes ipsas aeternitates*: licet enim una sit Dei eternitas, tamen haec infinitas ævorum angelicorum et temporum humanae eternitatis, etiam quæ mens effingere potest, ambit, complicitur et transcendent.

AMERIS. — id est, fiat, fiat, ut vertunt Septuaginta. Vide dicta I *Corinth. XIV*, 16, et II *Corinth. I*, 20. Justi enim « nunc, » id est in hac vita, glorificantur Deum; Beati vero in celo glorificabunt Deum per omnia eternitatem, juxta illud *Psalm. LXXXIX*, 5: « Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. » Ubi praesertim S. Augustinus: « Noli, ait, timere ne non possis semper laudare, quem poteris semper amare: si cessabis a laude, cessabis ab amore; ab amore cessare non poteris. » Denique Boetius, lib. *III De Consol.*, metro 9, ita Deo, quasi principio et fini omnium, concinit et jubilat: